

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

LIBER.

Quem duxit niueum tempora canicie.
perpetuam noctem pueri dormiuit in ulnis.

Dixerat ut focii credita iura sibi.

Scriptit aut de Ionia ad duo millia uersus: quo scilicet modo felix eē posset: placuerunt eius istæ in primis sententiæ: Cuius placere oibus stude. Habet enim id multū gratiæ: Contra uero fastus ac supbia semper nocuit: & illud corpore quod esse ualidū naturæ munus est. porro quæ utilia sint patriæ dicere aī ac prudentiæ proprium: pecuniarū autē copiam plurimis ēt forte obuenisse: infelicem dicebat qui ferre nequiret infelicitatē. Morbūq; animæ impossibilia amare & appetere: & aliena incōmoda nō meminisse. interrogatus quidnā esset difficile: ferre inquit fortiter mutationem in deterius rerū. nauigabat cū impiis aliquando: & cū tota tēpestate nauis quateretur fluctibus: illiq; deos inuocarent: silete inquit ne uos hinc illi nauigare sentiant. percuntanti ipio homini quod pietas? nihil respondit: cūq; ille silentii cām sciscitaretur: quia inquit de rebus nihil ad te pertinetibus quæris. rogatus quid esset dulce hoibus? spes ait. Malle se inter inimicos: quā inter amicos iudicare dicebat. Quippe ex amicis alterū prorsus futurū inimicum: ex inimicis autē alterū amicum. forte interrogatus quidnā faciens homo delectaretur? lucrans inquit: dicebat uitæ tēpus ita metiendū: quasi & diu & parū uicturī simus: ita amandū: quasi odio simus habituri: malos enī esse quā plurimos. Sic autē consulebat: Quodcūq; agere instituis: cunctabundus ac deliberabundus arripe: Cæterū in eo quod elegeris firmiter persiste. noli cito loqui: ē enim insanix iudiciū. prudentiā dilige. De diis ita ut sunt loquere: Indignū hoīem diuitiarū gratia laudare noli: persuadens accipe nō cogens. Quodcūq; boni egeris ad Deos refer: uaticū tibi ab adolescētia ad senectutē sapientiā compara: ea quippe sola est certa ueraq; possessio. meminit Biantis ut diximus ēt Hipponax: & ingratus Heraclitus ipsum præcipue cōmendat his uerbis. priene oppidū Biantem tulit Teutami filium: cuius ē opinio illustrior quā cæterorum: Et prienæi facellum ipsi dedicarunt: quod teutonium dicitur. eius est sententia: plures mali sunt.

Cleobulus.

Cleobulus Euagoræ filius ex lindo siue ut Duris auctor ē ex caria fuit: eius genus plariq; ad herculē referunt: Corporis uiribus ac specie fuisse insignē: ægyptūq; percipiendæ philosophiæ gratia petiisse tradunt. Natūq; illi filiā Cleobulinā hexamatorum enigmatū uatem: Cuius & Cratinus meminit in eiusdē noīs poemate plurali inscribēs numero: sed & mineræ phanū a danao constructū illū instaurasse aiūt. Scripsit autē carmina obscurasq; sententias ad tria millia uersuum. Midæ quoq; mausoleo inscriptum Epigramma ab eo factum: non desunt qui sentiant aenea sum uirgo & cætera.

Aenea uirgo midæ celebri sum nixa sepulchro.

Alluit unda fluens & plurima germinat arbor.

Phœbus at exoriens & splendida luna refulget.